

Anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo, indicione quarta decima, die ultima mensis ianuarii, actum sub palacio comunis Montis Calerii ubi ius redicetur, presentibus testibus infrascriptis ad infrascriptas specialiter vocatis et rogatis. Nobilis et sapiens vir dominus Galeazinus de Bellonis de Valentia iuris utriusque peritus curie et comunis Montis Chalerii ad requisicionem et instanciam Manfredi Avareni sindici et sindicario nomine comunis et universsitarum dicti loci Montis Chalerii, de cuius sindicatu patet publico instrumento facto manu Henrici Albini notari de predicto loco sub anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo quinto, indicione octava, die septima mensis septembris, precepit et iniucxit michi Maynfredo Bergognono notario infrascripto in presentia testium infrascriptorum, ut autenticarem et in publicam formam redigerem quodam instrumentum in publicam formam tradictum manu Bonefaci de Monte Alto notario condam, ita ut de cetero vim et robur puri et autentici instrumenti perpetuo obtineat firmitatem cuius quidem instrumenti tenor infra sequitur et est talis. Anno Domini millesimo CC<sup>o</sup>LXXXIII, indicione XI, die iovis VIII<sup>a</sup> intrante decembri, in domo hospitalis Montis Calerii, presentibus Lombardo Becuto, Iacobo Barberio de Monte Calerio et Sicareto de Vintimilio, testibus vocatis et rogatis. Cum dominus frater Oddo Grecus de Canellis sancte domus Hospitali Sancti Iohannis Ierosolimitani prior venerabilis Lombardie prioratus ex una parte, et dominus Percevalius de Fulzaro de Scalengis et eius nepotes Bertinus Cicer et Iacobinus fratres ex alia, sese compromississent in dominum fratrem Bonefacium de Bagnolio, preceptorem domus Taurini et dominum Aymonem de Luxerna tamquam in arbitros et arbitratores et amicabile compositores de litibus, questionibus et controversiis que inter eos vertebantur, ut inde constat per instrumentum factum per me notarium infrascriptum eodem anno et indicione, die sabati quarto intrante decembri. Et predicti arbitri dixissent et pronunciassent ex arbitraria potestate quod predicti nobiles traderent et concederent ipsi domino priori, nomine hospitalis, pro satisfacione et reconpensacione eorumque eisdem nobilibus per predictos arbitros adjudicata fuerant et concessa de bonis eiusdem hospitalis omnia bona immobilia que ipsi nobiles habebant in Monte Calerio et in Calpex et in eorum territoris et finibus ut de predictis constat per instrumentum inde factum per me notarium infrascriptum eodem anno et indicione, die dominico quinto intrante decembri. Et dominus Garroninus de Romano de Monte Calerio, voluntate et mandato predictorum nobilium, ad sancta Dei evangelia iurasset omnia predicta bona ipsi domino priori fideliter ostendere et designare, ipse Garroninus pro ut a predictis nobilibus inventum fuerat una cum Michaele de Marco et Rollando fratre eius filiis condam Guillelmi de Rocheta massariis dictorum nobilium, omnia bona predicta silicet domos, sedimina, vineas, terras, prata et nemora ut continetur inferius designarunt, declarantes et ostendentes ipsi domino priori licet non una die sed pluribus, me infrascripto notario presente, quantitem loca et coherencias omnium predictorum bonorum ut inferius continetur. Et ipsum dominum priorem dictus dominus Garroninus in unius domus corporalem possessionem induxit nomine omnium predictorum. Et inde presens instrumentum precepit mihi notario infrascripto fieri dominus prior superius memoratus. Possessiones autem designate sunt iste: primo designavit domum unam sitam in Monte Calerio in quarterio Porte milanese, cui coherent via a duabus partibus, Guillelmus Mayalis et dominus Raynerius de Reviglasco; item ayrale unum cum orto similiter tenentem situm in eodem loco Montis Calerii extra burgum, cui coherent via comunis undique; item vineam unam positam in territorio eiusdem loci ubi dicitur Mons Calerius cui choerent<sup>1[1]</sup> Brianda Galiana de Monte Falcono et via a duabus partibus; item aliam vineam ibidem quam via publica separat a predicta, cui coherent via comunis a duabus partibus, Matheus Tarragnus et Erro de Cario; item unum sedimen positum in quarterio Porte taurinenssis, cui coherent platea comunis, Sibilia Milonis, Iohannes Pevererius et Saviotus Sacus; item unum sedimen positum in quarterio Porte taurinenssis, cui coherent via a tribus partibus et domini de Trofarello ab alia; item aliud sedimen iacens in dicto quarterio Porte taurinenssis, cui choerent heredes Peraci de Romano, Lardonus de Virillis et platea comunis; item peciam unam terre iacentem in posse Montis Calerii ubi dicitur in rivo Bovono, que est iornate quinque, cui choerent Sismondus de Sanctoano, illi de valle, rivus Bovonus et via; item peciam unam terre iacentem in eodem posse ubi dicitur ad quadrivium Rule, que est iornata una, cui choerent Cravoxi et via a duabus partibus; item aliam peciam terre, que est iornate due iacentem in eodem posse ubi dicitur in Maglolis, cui choerent Duchi et heredes Badoye; item aliam peciam terre que est iornate II, iacentem in eodem posse ubi dicitur in Cellis, cui choerent Vagnoni a duabus partibus, Michael de Plenis et via; item peciam unam prati que est iornate tres,

<sup>1[1]</sup> *Cosi d'ora innanzi nel testo per coherent.*

iacentem in eodem posse ubi dicitur ad Piscinacium, cui choerent Iohannes Varnerius, Guillelmus de La Veella, via comunis et hospitale Montis Calerii; item peciam unam prati et terre que est iornate septem iacentem in eodem posse ubi dicitur ad Vadumdo, cui choerent Padus mortuus, filii condam Albrioni Marcoaudi, Meysinus de Graneriis et heredes Iacobi Binelli; item peciam unam terre que est iornate tres iacentem in eodem posse ubi dicitur ad Bucham Saude, cui choerent Iohannes Octa a duabus partibus, Padus mortuus et Guido Donue Helie; item peciam unam terre que est iornate III iacentem in eodem posse ubi dicitur ad vinarium, cui choerent Iohannes Ponziglonus, via comunis, Guillemus Trunna et Oddonus Romagnanus et domina Lora uxor Uberti de Ruvure; item aliam peciam terre que est iornate XVIII iacentem in eodem posse ubi dicitur in plano, cui choerent via comunis, Brayde Camonie, Rula Manuel de Surbirico, Iohannes Ponziglonus, Bertinus de Sudio a duabus partibus, Georgius de Solario, Petrus Zarayta et heredes Minoti Corde; item peciam unam terre que est iornate II iacentem in eodem posse ubi dicitur de subter Rulam, cui choerent Rula, Bertinus Sucus a duabus partibus et filii condam Minoti Corde; item peciam unam terre que est iornate viginti iacentem in eodem posse, ubi dicitur ad fornaces, cui choerent via comunis a duabus partibus, Robaudinus de Calpex, heredes Guillemi de Solario, Rula et Facius Piat; item aliam peciam prati et gorreti ,que est iornate VIII iacentem in eodem posse, ubi dicitur ad pontetum cui choerent heredes Peracii de Romano, Padus mortuus, et heredes Narzodi de Calpex; item peciam unam prati que est iornate viginti, iacentem in eodem posse, ubi dicitur in Venchigletis, cui choerent Humiliati, Padus vivus, Guillelmus Canzagallus, Iohannes Ponziglonus, et heredes Iacobi Binelli; item peciam unam prati et terre que est iornate duodecim iacentem in eodem posse, ubi dicitur ad vadum Peverii, cui choerent Iohannes Ponziglonus, Ubertus Falavisca, via comunis, Padus mortuus et Guillelmus de Fea; item peciam unam terre que est iornate III iacentem in eodem posse, ubi dicitur in Zuchea, cui choerent Guillemus Trunna, Ginetus Marcoandus, Padus vivus, Henricus Corda et domina Biatix Duca; item aliam peciam terre que est iornate decem iacentem in eodem posse ubi dicitur ad Gurram, cui choerent filii condam Melani Duchi, heredes Bruni de Savilla, Guillelmus Trunna et Riana; item peciam unam terre que est iornate XVI iacentem in eodem posse ubi dicitur in Stersa, cui choerent Iacometus Faucetus et frater eius Iohannetus, via comunis a duabus partibus, Padus mortuus et Ubertus de Monte Falcono; item peciam unam prati que est iornate III iacentem ubi dicitur in salexeto marano, cui coherent mansio templi hospitale Montis Calerii, Milanus de Valle et Topellus; item peciam unam prati que est iornate II iacentem ubi dicitur in prato Costaol, cui choerent Ubertus Falavisca, Humiliati et heredes Iohannis Enganne; item peciam unam terre que est iornate V iacentem ubi dicitur ad Noxetam, cui choerent Iohannes Ponziglonos a duabus partibus et Riana Molinelli ex alia parte; item quoddam pratum in duabus peciis quod est iornate septem iacens ubi dicitur ad Noxetam, cui choerent Bertolinus Episcopus, Iohannes Octa, Riana Molinelli et dominus Georgius de Solario; item peciam unam prati que est iornate IIII<sup>or</sup> iacentem ubi dicitur in Vipra, cui choerent Guillelmus de Ramacio, Iacobus Rocolis, Bertolinus Episcopus et Tonsus Bonafant; item peciam unam terre que est iornate II iacentem ubi dicitur in la repentia, cui choerent Humiliati, dominus Manoel de Cavorreto, Guillelmus Bonetus et Padus mortuus; item peciam unam prati que est iornate V et plus, iacentem ubi dicitur in Venchigletis de Revignano, cui choerent Iohannes Ponziglonus, Iohannes Varnerius, Iohannes Saxius et lectus Padi; item peciam unam boschi que est iornate IIII<sup>or</sup> iacentem ubi dicitur in Revignano, cui choerent Guillelmus Vayrolus et nemus quod fuit de Graneriis, Petrus Castagnus et heredes Carzoni Luchi; item peciam unam terre que est iornate VIII iacentem ubi dicitur ad Gorram desuper Sanctum Massimum, cui choerent heredes Iacobi de Trofarello et heredes Melani Duchi et si alie choerentie persistent; item quoddam fictum denariorum decem otto quos singulis annis dare tenetur Petrus de Purcigliis de quadam vinea posita ubi dicitur in Palera, cui choerent rivus Palere et via cominis; item peciam unam terre que est iornata una et plus, iacentem ubi dicitur in Fravox cui choerent Bertolinus Episcopus, mansio templi, Iacobus Balberus et bealeria; item aliam peciam terre iacentem in dicto loco Fravoxi que est iornata una et plus, cui coherent dominus Garroninus de Romano, Guillelmus Canzagallus, Petrus de Veglino, heredes Bertini Corde, Paglarinus et via comunis; item bancam unam macelli sive beccarie sitam in Monte Calerio in quarterio Porte taurinensis que fuit Guidonis Tartoni, cui choerent via a duabus partibus et banca tofangiorum; item peciam unam terre et boschi que est iornate V iacentem ubi dicitur in montagna in Forte Cabaleriorum, cui choerent Vincenci et via comunis; item in fine Calpicis peciam unam terre que est iornate V iacentem ubi dicitur in pascuo Sancti Quirici, cui choerent filii condam Petri Caballi, via comunis et filii condam Iacobi Ferrarii; item peciam unam terre que est iornate V et peciam unam prati simul tenentem que est iornate III iacentem in dicto pascuo quibus choerent Garbigl de Calpex, Bertolotus de Piro, abbas Sancti Salutoris, Rufinus Clinintus; item peciam terre que est iornate II iacentem ubi

dicitur in Donaya, cui choerent Guillelmus Mala, Iohannes Mala et Ghisolfus Teca; item peciam unam terre que est iornate II iacentem ubi dicitur ad bocas lire cui choerent via ab una parte et abbas Sancti Salutori ex aliis partibus; item peciam unam terre que est iornate II iacentem ubi dicitur ad Spinetam, cui choerent Bertinus de Sucio, via comunis, Guillelmus Mala et frater eius Iohannes Mala; item peciam unam prati quod est iornate III iacentem ubi dicitur in podio Morene, cui choerent Ghisulfus Teca et pascuum Calpicias; item peciam unam terre et prati que est iornate VI iacentem ubi dicitur ad Rivayrolium, cui choerent filii condam Petri Cavalli, Iohannes Mala, Guillelmus de Calpex, Ginetus de Fiandina et via comunis; item peciam unam terre que est iornate II iacentem ubi dicitur in Rivayrolio, cui choerent Iacobus Mala, Guillelmus de Calpex, Martinus de Calpex et Martinus Robaudi; item aliam peciam terre iacentem in dicto loco Rivayrolii que est iornata una cui choerent Martinus Robaudi, Mussus de Cita et filii condam Bertini Corde; item peciam unam terre que est iornate VI iacentem ubi dicitur in Albea, cui choerent filii condam Narzodi a duabus partibus, Guillelmus Mala et Ruffinus Clinintus de Calpex; item peciam unam terre que est iornata una et plus, iacentem ubi dicitur ad Malpertux, cui choerent filii condam Narzodi undique; item peciam unam terre que est iornata una iacentem ubi dicitur in prato Longheto, cui choerent via comunis, Ghisulfus Teca et abbas Sancti Salutoris; item aliam peciam terre que est iornate VII, iacentem ubi dicitur ad pratum Longhetum, cui choeret Ghisulfus Teca undique; item peciam unam terre que est iornate II, iacentem ad pratum Longhetum, cui choerent Bertolotus de Piro, Guillelmus Duci et Iacobus Galexius; item peciam unam terre que est iornata una, iacentem ubi dicitur ad nucem Calpicias, cui choerent Guillelmus de Scalz, Henricus de Calpex et via comunis; item in eodem loco peciam unam terre que est iornata una, cui choerent Iohannes Mala, Henricus de Calpex et Riana; item peciam unam terre que est iornate III iacentem ad pirum de Calpex, cui choerent Garbigl, via comunis et Ubertetus Trunna; item peciam unam terre que est iornate IIII<sup>or</sup> iacentem ubi dicitur in sala Calpicias, cui choerent abbas Sancti Salutoris a tribus partibus, et Ghisulfus Teca ex alia parte; item peciam unam terre que est circa tabulas viginti et plus, iacentem in curtinis Carpicias, cui choerent Nicoleta Boria, et brayda abbatis predicti; item peciam unam terre que est iornata una iacentem ubi dicitur ad quadrivium Calpicias, cui choerent via a duabus partibus, Martinus Robaudi et filii condam Iordani Candiolii; item<sup>2[2]</sup> peciam unam terre que est iornate III iacentem ubi dicitur in Podio Rivi frigidi, cui choerent Guillelmus Mala, Rufinus Ghineriecus et via comunis; item peciam unam terre et prati que est iornate X et dimidia iacentem ubi dicitur ad Reanas Amaugini, cui choerent heredes Aumagini, Petrus de Monteferrato, Iacobus Mazurranus, Culinus Ramacius et Guillelmus de Fea; item peciam unam terre que est iornate II iacentem ubi dicitur in Verera, cui choerent Turrellus, Bertinus de Sucio et Bertolinus Episcopus; item aliam peciam terre que est iornate V iacentem ubi dicitur in Verera, cui choerent Iacobus Merlengus, Auderus Falavischa Passamont et Iordanus Pevererius. Et omnia alia et singula bona inmobilia que predicti nobiles habebant et tenebant in ipso loco Montis Calerii et Calpicias eorumque finibus et territoriis. Et ego Bonefacius de Monte Alto notarius hiis interfui et rogatus hanc cartam scripsi. Actum super palacio comunis Montis Chalerii ubi ius redditur ut supra, anno et die suprascriptis, presentibus Berteto Recagnossio, Henrieto Moltono, Iohannino de Monte Alto, Fabro et Iohanne de Belengerio, omnibus de Monte Chalerio, testibus ad hec specialiter vocatis et rogatis.

(ST) Et ego Anthonius Occha de Monte Calerio, imperiali auctoritate notarius publicus, hoc exemplum unaa cum infrascriptis Francisco de Montenarico, Anthonio Philippo Ducho et Maynfredo Bergognono notariis de Monte Calerio, ad autenticum instrumentum suprascripti tenoris, coram predicto domino iudice, diligenter et fideliter ascultavi et quia utrumque concordare inveni, de ipsius domini iudicis mandato, in eiusdem exempli plenam fidem et testimonium me subscripsi et signum meum apposui consuetum.

(ST) Et ego Franciscus de Montanarico de Monte Calerio, imperiali auctoritate notarius publicus, hoc exemplum unaa cum suprascripto Anthonio Ocha notarius et infrascripto Anthonio Philippo de Ducibus et Maynfredo Bergognono eciam notario, omnibus de predicto loco, ad autenticum instrumentum suprascripti tenoris coram prefato domino iudice diligenter et fideliter ascultavi et quia utrumque concordare inveni, de ipsius domini iudicis mandato in eiusdem exempli plenam fidem et testimonium me subscripsi et signum meum apposui consuetum.

(ST) Et ego Anthonius Philippus de Ducibus de Monte Calerio, imperiali auctoritate notarius publicus, hoc exemplum unaa cum suprascriptis Anthonio Ocha et Francisco de Montenarico notariis et infrascripto Mainfredo Bergognono eciam notario, omnibus de predicto

---

<sup>2[2]</sup> *Segue Candiolii item cancellato con sottolineatura.*

loco, ad autenticum instrumentum suprascripti tenoris coram prefato domino iudice diligenter et fideliter ascultavi et quia utrumque concordare inveni, de ipsius domini iudicis mandato in eiusdem exempli plenam fidem et testimonium me subscripssi et signum meum apposui consuetum<sup>3[3]</sup>.

(ST) Et ego Maynfredus Bergognonus de Monte Chalerio, imperiali auctoritate notarius publicus, hoc exemplum ex autentico instrumento suprascripti tenoris fideliter sumpsi et postmodum in presencia suprascripti domini iudicis cum dictis Anthonio Occha, Francisco de Montanario et Anthonio Philippo de Ducibus diligenter cum ipso autentico ascultavi et quia utrumque concordare inveni, de ipsius domini iudicis mandato ad eiusdem exempli plenam fidem et testimonium me subscripssi et signum meum apposui consuetum et cetera.

---

---

<sup>3[3]</sup> *La s è seguita da e espunta.*